

Sammelbd

Quers. Jnl

13. April 18. Beginn.

Compendium hoc continet

1. De...
2. De...
3. De...
4. De...
5. De...
6. De...
7. De...
8. De...
9. De...
10. De...
11. De...
12. De...
13. De...
14. De...
15. De...
16. De...
17. De...
18. De...
19. De...
20. De...



Continentur hoc volumine .

1. D. C. Chemnitij Quaestiones in Genesim. X disp.
H. V Programmata in quibusdam obtrusis locis Sere.
2. D. Chemnitij Disp. de Arbore vitae & M. Hedem.
3. D. Chemnitij Disp. de Arbore scientiae boni et mali
& prologo Im. Exilium.
4. Sauberti Disp. de Statua salis et Lothi ex Sodomam
egressu, Gen. 19. & Muller.
5. M. I. Strychnuth Disp. IV. de Ligature Isaacj.
6. M. Linbontanz Disp. de Rachelis deliciis Duclain.
7. Strychnuth de Circumcisione Zipporae & Moim.
8. M. Nageln de Vocula Man Exod. 16. & Lindemann.
9. M. Viccij de Urin atq; Tummim & Linbontanz.
10. Strychnuth de Hirco emissario populi peccati in desertum
baulante Lev. 16. & M. Xöfner.
11. D. G. Calixti de Usuris & Mylius.
12. D. Chemnitij Disp. de Libello repudij & Fulda.
13. M. Pfeifferi Disp. de Festis Ebraeorum & Schumann.
14. M. Wildij de Enigmate Samsonis & Adighe.
15. M. Zinsler de Sacris Iudaeorum vinculis in specie de
Voto Jephthae, de Statua salis (3) de Scypho Josephi
& Udenius.
16. M. Bouman de Voto Jephthae & Moserghmidius.
17. C. Schraderi Programma de Voto Jephthae.
18. M. Xöfner de Dagonne Philistaeorum idolo & Kötinger.
19. M. Crausij de Succoth Benoth idolo, & Lyr.
20. D. E. Gerhardi Spectrum Enclosureum, ca. 1. Sam. 28.
& Huhn Amstelodam.

21. M. Heckenj Diss. de Scissione vestium, Ebraeis
ac Gentilibus usitata, ^{Gothofr.} Guntherus Schultesig.
22. M. Ludovici Diss. II de Templo Salomoneo, quando, ubi,
a quo, quibus et quomodo constructum fuerit & Binder.
23. D. Meisnerj Diss. de Curriculo vitae Salomonis & M. Wilh.
24. D. Chemnitij de Salute Regis Salomonis & M. Petersen.
25. M. de Clerice Epulum Belschazar fatali Scia illustre
Cap. V. Dan. & Kirchmaier.
26. I. Martini de Libris Scripturae perditis & M. Beckmann.
27. D. E. Gerhardi de Libris Dei & M. Praetorius.
28. Frischmühl de Melech et weli ex Jerem. 44. & König.
29. Sauberti Diss. in quaedam controversa S. Scripturae
Loca & Frischmühl.
30. M. Goetzij de Redemptore Ebraeorum & Melius. It. de
vindice Sanguinis quae est de Redemptore Ebraeorum Diss. 2da & Durum dicit.
31. Sauberti de Messia ejusq. insionibus qualitatibus et attributis
ad Vaticin. Is. 9. v. 6, 7. & Schröderus.
32. D. Niemannj, de Jesu mortuo et sepulto Es. 53. 9. & Boily.
33. Frischmühl Harmonia Michaeae V. 1. et Matth. II. 6. & Anglin.
34. Frischmühl de Nativitate Messiae & Mich. V. 1. & Linb.
35. Frischmühl de manuum pedumq. Messiae in ejusdem crucifixi,
one, perforatione ex Gal. 22. v. 17. & Maig.
36. M. Crausij de Iosepho et Maria Salvatoris Parentibus
& Wright.
37. M. Letschij de Cunabulis Christi & Gerhardj.
38. M. Goetzij de Praesepio Christi & Meldovius. Diss. II.
39. Olearij Dissput. plic. de Lumine gentium Luc II sub Ps. D. Gerhardj.
40. Frischmühl de Sabbato Deuteroproto ex Luc. 6. v. 1.
& Crausius.

41. Frühmühl de Sacra Scriptura in Legem Prophe-
tas et hagiographa divisione & M. Dürer adit.
42. D. Kunadj Diss. de Confessione Petri et eam secuta
Christi responsione ex Matth. 16. & p. Lic. Neander.
43. Slevoiti de Profelitis Iudaeorum Matth. 23. v. 15.
& P. Hermann.
44. D. Chemnitij Diss. de Decreto divino circa passio-
nem et mortem Christi & M. Finlerus.
45. Posneri de Sudore Christi sanguineo, utrum naturalis
fuerit? Diss. Physica & Buttner.
46. Posneri de Singularibus ac mirandis quibusdam quae
morte Christi in natura acciderunt, utrum à natura
fuerint & Bacius.
47. Goetzij de Osculo & Kempius.
48. Goetzij de Suspensio Iudae diatribe & Wameccius.
49. M. Freislebij de Titulo crucis Christi & Geor.
50. M. Schlemmij de Adoratione religiosa ac civili
gentilium. II. de acclamatione sarcastica: Ave Rex Iudaeorum
Christo jam crucifigendo exhibita. & Richard.
51. M. Gressij de Cruce.
52. Frühmühl de Flebili Messiae in cruce pendentis geni-
tu *ELI ELI LAMA SABACTANI*, adp. Iudaeos & Windem.
53. D. Hildebrandi de Lacrymis Christi (2) D. Meisner
de Sanguine Christi. (3) D. Owenstedt de Vul-
neribus Christi (4) D. Frühmühl de
Sepultura Jesu. Is. 53. 9.
54. M. Bonna de Cultu Simonis magi apud Romanos
contra Baronium & Roeschig.
55. Korban Bes Hammikadasch de Devastatione
Hierosolyma et templi sanctissimi historia
à Iudaeis ipsis concinnata una cum historia devastationis
urbis Bethar et Turmalca.

56. Bossi de Ara ignoti Dei ex Actor. 17. v. 23. & Uonna.
57. D. I. Musæi Anvelologia Apostolica ex Hebr. 1. v. ult. pro Licent. Disp. Olearius.
58. M. Bossi Disp. mans. de Unico Jesu Christi Evangelio à Paulo Aplo ad h. destruentes et deserentes Anathemate def. Cap. 1. Ep. ad Galat. v. 6. 7. 8. 9.
59. Bossij Exercitatio Philologica, in qua ostendit, VEWTE, ΓΚΑΣ εινδυνιας 2 Timoth. 2. v. 22. perpetam exponi novas vel novarum rerum cupiditates.
60. D. E. Gerhardi de Beatitudinis in Domino morientium privilegio, ex Apocal. 14. v. 13. & M. Elligerus.
61. D. Sennerti Scrutinium Linouarum Orientalium: Ebraeo-Chaldeo-Arabico-Persico-Ethiopicæ: seratio Mnematico inclusum. & Clodius.
62. D. Alb. Graueri Gistio: Quod multi etiam omni exceptione eruditissimi viri, in S. literarum interpretatione à via veritatis aberrare videmus?

FINIS

PROGRANMATA
 Disputationes in controversis locis Scripturae
 J. B. N. E.
 Sumptibus JOHANNIS WILDII, Bibliop. Rostochiensis.
 MDCCLXXV.
 1775

the
 ult
 ecuta
 der.
 sio
 ralis
 qu
 s.
 ili
 omum
 omi
 tenen
 hrenj
 l.
 us
 2
 5





12.

דגל

DE

AARONITICI PECTORALIS
INSIGNI

Urim atq; Tummim,

Ad

Exod. XXVIII. Com. 30.

DISSERTATIO PHILOLOGICA,

Quam

PRÆSIDE

M. FRIEDERICO VICCIO,

Siles. Facult. Philos. Adj.

Eruditorum discussioni sistit

MICHAEL Siebentanz/

Uratravienfis,

In Auditorio Minori A. D. 11. Aprilis,

Anni Christiani MDC LVII.

EDITIO TERTIA.



WITTEBERGÆ,

Exscribat MICHAEL Wendt/

ANNO MDC LXI.



12
de

AARONITICI PECTORALIS
INSIGNI

Urim Tumulus

Exod. XXVII. Com. 30.

DISSERTATIO PHILOLOGICA

PRÆFATIO

M. FRIEDERICUS VICTOR

Siles. Facult. Philol. Adh. Siles. Univ.

quodam tempore, Philol. Siles. Univ. Siles. Univ.

MICHAELIS

in Siles. Univ. Siles. Univ.

in Siles. Univ. Siles. Univ.

in Siles. Univ. Siles. Univ.

in Siles. Univ. Siles. Univ.

in Siles. Univ. Siles. Univ.

in Siles. Univ. Siles. Univ.

in Siles. Univ. Siles. Univ.

in Siles. Univ. Siles. Univ.

in Siles. Univ. Siles. Univ.

in Siles. Univ. Siles. Univ.

in Siles. Univ. Siles. Univ.

in Siles. Univ. Siles. Univ.

in Siles. Univ. Siles. Univ.

in Siles. Univ. Siles. Univ.





Ntra labia fortè è
Zoilorum, Oforumq; Philologiæ
turbâ ridebunt nonnulli, visuri istum
nostrum de URIM atq; TUMMIM Ingenii
fœtum. Illi scilic. qui istud quod capiunt
minus, carpunt tamen & blaterant nullius
utilitatis & certitudinis ejusmodi esse disquisitiones. Sed

--- --- ira cadat naso, rugolaq, Sanna.

Sal non Mercurii, sed Momi iste est. Suspicienda sunt illa, quæ
è Sacris hauriuntur Scriptis, non explodenda. Et quæ dicta serio
sunt, ut omninò sunt in Sacris contenta Mysteria, jocosè prævortier
haud debent, ut paululum mutatis Comici verbis loquar. Porrò
Sardonius iste risus est, Autori perniciosissimus suo. Nos aliter
edocti non jucunditate modo; sed & utilitate refertum istud
studii genus esse scimus. Scimus de incertis quàm maximè esse
laborandum, ut inveniamus tandem quod latuit diu, & Archi-
medeum *Cena* reperamus. Inde moveri nescii indulgemus istis
quantum pote, Philologiæ Meletematibus, & animo volvimus
non rei modo isti; sed & universæ evenire, ut ab his laudetur, ab
illis verò culpetur. Nec Jupiter ipse omnibus placet sive pluat,
sive tonet, sive Cœlum serenet. Quomodo igitur nos & nostra
æquè omnibus? Nec mirum ita fieri. Quippe alii nolunt, alii
intelligere non possunt istas Philologiæ Artes, cæteri singularem
quandam gloriam captare sibi videntur, dum quodvis furibundo
dente allatrant, ipsissimi ex Orco oriundi Rhadamanthi, & mor-
dent, nec demorsos tamen sapiunt Ungves. Sed nos haud passi ab
Instituto nostro hâc impotente vi revocari, URIM & TUMMIM,
Insigne Pectoralis Aaronitici sistimus benivolo Lectori. Ineptis-
simis Momi de philologiâ opinionibus, quod nuper exorsi sumus
in nostrâ, Præconii Ægyptiaci de JOSEPHO Interprete, dispu-
tatione, in aliâ de ipsius Philologiæ naturâ & dignitate cum DEO &
Die faciam satis. Sit itaq; in præsentia.

A 2

CAPUT

CAPUT I.

Vestis Sacerdotalis יוֹרָן quæ. Rationale & λόγιον dicitur. Cur. Cbosen Mischpatb quid. Quatuor ordines gemmarum in Cbosen. Descriptio illorum. Gentiles cum ancillis suis suis huc respexerunt. Multa à Judæorum ritibus desumerunt. Nomen URIM & TUMMIM. Originatio Eorundem. Bellarminus refutatur. Utrum interpretanda in versionibus sint hæc Nomina disquiritur. Judæi, invidia correpti obscurant Scripta sua, ne intelligant Christiani. URIM & TUMMIM cur in plurali ponantur. URIM quandoq; sine TUMMIM, quandoq; dein primo, vel secundo ponitur loco.

I. De vestis Sacerdotalis Ebræorum Insertâ dicturo mihi non inutile videtur præmississe ante omnia quædam, de vestimenti illius, cui URIM & TUMMIM sacrandæ fuere, nomine & naturâ. Nuncupatur verò illud. Exod. XXVIII. 4. יוֹרָן, quod LXX. per *ἡμισίθιον* aliquando, Piscator *Brust & Tuch* Lutherus ab externâ formâ eiu *Schildlin* reddunt. Josephus l. 3. A. J. cap. VIII. p. m. 47. Ebræorum vocem retinuit, & Essen illud appellat, elisâ tùm aspiratione, ut non raro eadem abjici gaudet, quod alibi ostensum, tùm substitutâ vocali secundâ pro quartâ, quæ in Ebræo legitur. Quod & ipsum Drusius ad difficil. Loc. Exod. c. 51. p. 216. observat. *Quod nunc Hosen*, inquit, *antiqui videntur legisse Hessen, cum puncta nondum adscripta essent. Certè Josephus ita legit, si non est mendum in ipsius libris.* Deinde à Græcis Interpretibus etiam λόγιον nuncupatur. Cumq; in Ebr. *שֵׁמוֹת יוֹרָן* audiat, reddunt iidem illud modo per *λόγιον τῶν κρείσων*, modo per *λογίον τῆς κρείσεως*. Confer. v. 15. & 30. Cap. XXVIII. Exod. apud Eosdem. Hic tamen iterum Drusius hancce vestem rectius dici *ἡμισίθιον* quam λόγιον æstimat. Cum R. Salomo Hosen ornamentum è regione cordis *כֶּתֶם כֶּתֶם* positum fuisse doceat. Neq; tamen rationes desunt quibus & τῶν LXX. Vox λόγιον stabilietur. Putant quidam nuncupatum id ita ab iisdem esse quasi dicas fatidicum, quod oracula reddat. Gallasius in h. l. p. 180. hanc subjicit; *Dictum ita fuisse, quod contineat Urim & Tummim, quæ à Sacerdote summâ & exactâ*
ratione

ratione consideranda erant. Josephus A. J. l. 3. c. 9. p. 50. ita nomen
 explicat: *Græci quotquot à nostra religione non abhorrent, cum hoc
 miraculum pro compertissimo habeant, ita ut negari non possit, essena vo-*
cant λόγιον h. e. Oraculum. B. Meisnerus in Phil. Sobr. part. II. Sect. 1.
 c. 3. p. 396. aliam suppeditat, atq; λόγιον, & Rationale ab Hiero-
 nymo dici judicat, quod cum per illud ederentur divina responsa, non
 visa fuerit res quadam irrationalis, sed ratione atq; intelligentiâ pollens.
 Porro de ratione, quam propter Pectorale Judicii dicatur solliciti
 sunt Eruditi. Ebræi existimant ita dictum fuisse, quod in eo
 erant U R I M & T U M M I M, per quæ Judicia abscondita Israëlitis
 revelabantur. Tremellius & Junius vertunt Sacrum pectorale
 juris, quia eo induebatur summus Sacerdos, consulentibus Deum
 de Jure responsurus. Alia Drusio d. l. mens est. Nos substantivum
 posterius, loco adjectivi positum hic esse dicere non dubitamus.
 Neq; insolens ista explicandi ratio apud Philologos est. V. B.
 Glass. l. 3. tr. l. c. 8. m. 2. p. 33. 34. Neq; hic minus apposita. Ita
 enim ab officio & Usa istud vestis genus describitur. Quod origi-
 nationem verò תִּשְׁבֵּץ concernit, neq; hic consentiunt Lexico-
 graphi. B. Försterus in Diction. p. 216. ad תִּשְׁבֵּץ siluit, tacuit re-
 fert, ut significatum fuerit hoc nomine, pectorale istud, mysteria
 DEI abscondita & tacitam DEI voluntatem comprehensam habuif-
 se. Alii ex affinitate literarum cum illis תִּשְׁבֵּץ quod divinavit &
 auguratus est, notat, concludunt inde natales suos fuisse. Ce-
 terum in isto תִּשְׁבֵּץ quatuor gemmarum ordines positos fuisse
 ex Sacris Ebræi scribunt. Quot erant tribus, inferendæ erant
 Pectorali gemmæ, in quarum singulis certum nomen filiorum Israël
 erat imprimendum. Referunt Ebræi, ait Eragius citante Riveto in
 h. l. in uno quoq; lapide sex literas insculptas fuisse: quod si totidem non
 contineret nomen tribus, adjiciebantur plures, quæ erant necessaria ad
 numerum senarium constituendum, donec omnes illæ literæ complerent
 numerum LXXII. totidem enim literas habuisse nomen illud sacrum tra-
 dunt, quod שֵׁם חֲמֹשֶׁת אֲבֹתֵינוּ dicitur & pectorali impostum fuisse creditur.
 Sumebantur autem additiæ literæ ex nominibus Patriarcharum, Abra-
 ham, Isaac, & Jacob. Cumq; illæ numerum non explebant, adje-
 ctæ voces, שְׁבֵטֵינוּ quæ tribus notat, & יִשְׂרָאֵל quæ Israëllem significat.
 Ordines vero istos Idem Hiscuni ita nobis depingit:

A 3

□□□□



Ordo
Primus.

ברקת
לוי רהם

פטרר
שמעון ב

אום
לזכור

Secundus.

יהלם
זבולן ח

ספור
יששכר צ

נפך
יהודה

Tertius.

אחלמ
גר שבטי

שכו
נפתלי ב

לשם
הן קיעק

Quartus.

ישפר
בנימין

שרם
יוסף ון

תרשיש
אשר ישר

Apud Dionysium Halicarnassem l. 2. & Liv. l. i. c. 20. legimus, Numam Pompilium Regem Salios duodecim Marti Gradivo legisse, tunicæq; pictæ insigne dedisse, & super tunicam æneum pectori tegumen, cœlestiaq; arma, quæ ancilia appellantur, & credebantur cœlitus delapsa in manibus Numæ decidisse. Hoc pectoris tegumine Paganos imitatos fuisse Judæos in nostro vestium sacerdotalium ritu nullus dubito. Neq; obscurum ex antiquitate est plerasq; sacras Judæorum Ceremonias similibus expressisse gentes. Ipsi etiam Sacerdotum ordines pravâ æmulationis libidine in Gentilissimum introducti sunt. Habebant Sacerdotes summos, quos Reges ipsos fuisse constat: Suspiciebant minores immo alios, Levitis apud Judæos similes qui Popæ dicebantur. Non malè ergò Cunæus de Rep. Jud. l. ii. c. XI. Nimirum plane quod Romanis inter Sacra atq; in templis victimarij, Popæq; & Aeditui ac Præcia, Tibicinesq; præstitere, id Judæorum mos lexq; Levitis demandaverat

daverat. Præterea in Judaicâ gente Sacerdos integro esse debebat corpore: ita talis Romanorum lex fuit: *Sacerdos integer sit.* Ut taceâ vestes peculiare & cum Judaicis multum convenientes Sacerdotibus Gentilibus assignatas fuisse. Venerabile illud templi Hierosolymitani, secretum apud Judæos erat: Pari ratione non obvia quæq; sacra Gentiles omnibus promiscuè fecerunt. Elenfinia adyta ut memorem, illa anxie custodiebantur & quam difficulter explicabantur. Quæ tamen contenta ibi fuerint Tertullianus exponit advers. Valent. c. 1. *Tota in adytis, inquit, divinitas, tota Exoptarum suspiria, totum signaculum lingvæ, simulacrum membri virilis,* (aliis ut Meursio, Castellano est, muliebris in ludibrium seminis muliebris è virgine nascituri) *revelatur.* En Diabolicam Judaicorum Rituum apud Gentiles observatam *κακοζήλιαν!*

II. In hoc quod hæc demonstratum fuit, vestis Sacerdotalis genere, URIM & TUMMIM ad arbitrium Dei collocata fuerunt. Neq; Pectorale cum Insigni quod splenduit, ut quidam fecerunt, de quibus in Cap. III. inferius, confundendum ineptè est. Nunc in præsentia de originatione harum vocum danda quædam sunt. Tum quod Notatio rerum cognitioni, quam ante omnia expetimus, maximè serviat: tum ut fulcrum quò nititur Pontificis Intallibilitas apud Bellarminum destruat. Ille enim inter alia ad propugnandam intemeratam Papæ sanctitatem ex URIM & TUMMIM illam etiam evincere contendit. Sic ipse in l. de Pontif. Rom. IV. c. 3. Col. 969. *Neq; obstat, inquit, quod Judæi & Judaizantes dicunt* אור לא נאמר אלא אור *non significare doctrinam; Sed splendores, à rad. אור, & אמת לא נאמר אלא אמת non significare veritatem; Sed perfectionem, à rad. אמת. Nam magis credendum est Hieronymo, qui vertit doctrinam & veritatem & LXX. qui similiter verterunt* δηλωσις καὶ ἀληθεία, *quàm omnibus Rabbinis, & hinc dicendum est, אור deduci à אמת quod est docuit, & alteram ab אמת quod est credidit.* Plurima certè in his & præcedentibus argumenti Bellarminiani, ex istis verbis collecti ineptiis atro carbone notanda essent; Sed ut intra vacerras nos contineamus, ἐπιμόνητῃ unicè, quam πῶς URIM & TUMMIM imponit pensiculatori sumus. Videri cætera possunt Errata in argumento Bellarmini ex URIM & TUMMIM constructo apud B. Meisn. Phil. Sobr. part. 2. c. 3. q. 3. Sect. I. p. 400. Chamier Panstrat.



Tom.

Tom. 1. l. 3. c. 3. p. 27. A. §. 5. & Gerhardum. Nullam v. aliam ob
 causam ita sentit Cardinalis quam ut suam hâc ratione defendat
 vulgatam. Quod eruditissimus Amama quoq; agnoscit. Inde ille
 A. B. Lib. 2. ad h. l. pag. 567. *Non possum hic non deplorare, inquit,
 quorundam ex recentioribus Papistis miseram & plusquam servilem con-
 ditionem, quibus ne dubitare quidem de veritate hujus interpretamenti
 sinit Concilij Tridentini Canon. Nec rursus mirari satis possum quorun-
 dam imprudentiam qui etiam ineptissima in suum vertere satagunt emo-
 lumentum. Ecce enim Bellarminus dum in infallibilitate Papæ adstruen-
 dâ laborat facit, quod furibundi homines solent, quidvis arripit & c.
 Vid. plur. d. l. ib. Intolerabile est, pergit, quod dicit Urim à אור descen-
 dere, ut & Tummim ab $\text{טומ$. Quis unquam adeo portentosam origina-
 tionem somniavit? Longissimè igitur omnium jacula à scopo jecit
 hoc in loco Jesuita. Hæc enim derivatio vocum ex illis est, quæ
 omnia Grammaticorum tribunalia perfringit. Omnium & Eru-
 ditissimorum Scriptorum Lexicis interpretatio ista quam maximè
 contraria est, ipsis quoq; fatentibus Vulgatæ aliàs Patronis. Quod
 ex Pererio, & Martino Delrio adstruit B. Meisn. d. l. suprâ pag. 396.
 Immò multò doctior & candidior Arias est, qui & his vocibus suam
 reddit nativam significationem in libro Apparatus cui titulum fe-
 cit Aaron pag. 4. B. *Unum, inquit, illud mysteriis plenum genus restat
 indicandum, quod ex naturâ usq; sui Haurim & Hatumim vocabatur,
 quod ex verbo inflammationes & perfectiones, atq; simplicitates reddere
 possumus, cum adjuncta notatione insigni videlicet Illas illuminationes, &
 illas perfectiones. Et in versione Bibliorum ad Tummim in h. l. in
 margine pro more rad. nostram טומ ipse adponit. Ex hâc
 causâ Cornel. à Lapid. in h. l. p. 548. B. ingenuè fatetur Hierony-
 mum hîc sensum magis quàm Verba spectasse, contra ipsum Bel-
 larminum, verba hîc illum Interpretem respexisse contendentem.
 Quod ut evincat nominibus illis novas istas radices affingere &
 adsignare non dubitavit. Nunc porro ipsa ratio, quam pro suâ
 Etyologiâ adducit ponderanda est. Quæ Achilleum certè robur
 non habet. Scil. ex Hieronymi & טומ LXX. Versionibus de no-
 minum natalibus judicandum esse censet. Sed indoctè atq; im-
 peritè. Bellè Amama iterum p. 570. *Sed, inquit, Hieronymus
 Tummim vertit veritatem. Ergò deducenda vox à themate in quò veri-*
tatis**

tatis notio. Et mihi ergò sic licuit argumentari vocem Tummim, Deut.
33. 8. Hieronym. vertit perfectionem. Ergò derivanda à Themate, quod
perfectionem significat. At illud est תומם. Non semper itaq; Hiero-
nymus veritatem vertit. Et quid si semper? Quando Hieronymi Inter-
pretatio Lexicorum norma esse capit? Non itaq; propter Interpretis
versionem alia nominum, quàm habent investiganda Etyma sunt.
Facile enim fieri potest, ut interdum interpres non tam ad nati-
vam & propriam; sed figuratam respiciat significationem. Ubi
tamen de aliâ vocis Etymologiâ statim dispiciendum non est. Et
quot ita unius vocis provariâ acceptione, modo ex necessitate,
modo ex decoro subortâ variâ & infinitâ non raro excogitandæ
essent Originationes & Etymologiæ. Tandem quod primo po-
nendum erat loco radices heterogeneæ sunt neq; similes fructui
hisce in vocibus. Grammaticorum regula est: In Etymologia
cùm materiai. e. literæ, tum forma attendantur ut consentiant.
Sed hîc literæ à radice Bellarmini plane dissentiant. Filius repræ-
sentare debet patrem, & derivatum primitivum. Materia quidem
in vocibus modò magis modò minus mutatur, tollenda tamen
prorsus non est, ut hic videre est. Vix una litera radice essentiali
in singulis duabus remanet vocibus. Quare simillima illi Balbi
est apud Cic. l. 3. de N. D. §. 19. f. Qui Neptunum à nando unicâ
retentâ literulâ deducebat. At hoc in personâ Cottæ falsè ridet
Cicero, aitq; Balbum magis sibi in eâ originatione visum natasse,
quàm ipsum Neptunum. Falsâ hæcenus τὸν URIM & TUMMIM
rejecta originatione, aliam damus, & dicimus illud ab תומם, hoc
v. à תומם derivari, atq; ita per Illuminationes & perfectiones
esse reddenda. Quod dum dico, non Incommodè porrò quæram,
utrum hic rectè fecerint aliqui ex interpretibus, qui neutrum ex
istis verbis in versionibus suis reddere voluerunt. Ita Chaldaus,
Arias, Piscator, &c. De Chaldæo verò CL. Becmann in de origg.
p. 822. m. Chaldaus, ut mos Ebraeorum fuit mysteria condere, servavit
àνεσπινευστα. Quod ipsum prius quidem verum est de recentiori-
bus. Inde CL. Hackspan in Nizach. cap. 1. pag. 278. seqq. observat
apud Judæos reum mortis gentilem esse qui legi operam dat.
Legem inquit præcepit Moses להני nobis, non להני illis.
Inde Nizachon sive libellum triumphatorem invitis Apellis in
B
lucem

lucem à seipso expositum confitetur in tract. dicti præfat. pag. 215.
 Hæc causa est, quod tenebriones illi & nomen יהוה obscuris
 exprimant Verbis ne cognoscant illud יהוה, quale מציפא est,
 quod per Alphabetum inversum sive Atpasch, ut vocant, nomen
 DEI יהוה notat. Ita caliginem suis sæpè commentariis offun-
 dunt ut sæpe alios desiderent. Imitantur illum, de quo Quintil.
 l. 8. cap. 2. Instit. Orator. p. 434. *Apud T. Livium invenio, inquit,
 fuisse præceptorem aliquem, qui discipulos obscurare quæ dicerent, ju-
 bebat, græco verbo utens ἀπόλοον.* Unde illa scil. egregia laudatio: *tantò
 melior ne ego quidem intellexi.* Et digna lectu sunt, quæ Cl. Schickard.
 habet de invidiâ Rabbinica in Bechin. Happ. p. 14 *Sacri Thesauri
 usum, ait, Iniqui ejus possessores Judæi nobis Christianis ab Ethnicismo
 oriundis communicatum acerrimè invident; immo ne primitivæ quidem
 lingvæ notitiam, felicibus incrementis Dei gratiâ inter nos propagatam
 nobis favent, hancq; malevolentiam suam plusquam satanicam verbis
 CXLVII. Ps. palliant: Deus non taliter fecit ulli nationi. Unde eusq;
 malitiæ progressus est livor eorum, ut lege sanxerint, adeoq; sub dira A-
 nathematis sui pœnâ caverint ne quis illorum Christiano arcanos legis sue
 sensus revelare præsumat.* Vid. omnino plura hanc in rem apud eun-
 dem pag. seqq. Sed utrum istud invidiæ scelus & Chaldæo adscri-
 bendum sit, non sine ratione dubitare habeo. Fortè quod exponi
 nequeat satis illa vis vocum, maluit tacere quam non satis distinctè
 hæc de re verba fecisse. Quod Ariam concernit, dubio potest
 verba ista interpretatus non est, ne Vulgaræ iterum contradicat.
 Piscator v. in sua versione ita: *Darnach solt du in das Brustuch des
 Rechten die URIM und TUMMIM thun.* Addit v. in der Erklärung: *das
 lautet verdolmetschet: Die Lichter und Vollkommenheit.* Nos B.
 Lutherum & alios ista rectius explicasse in versionibus suis asseri-
 mus. Neq; ignota nomina sunt, atq; inexplicabilia, nec deinde
 peregrina neq; tandem propria, cum יהוה demonstrativum & af-
 fixa agnoscant, quibus illa carent, quæ in suâ ubiq; debent legi
 lingvâ, quod expressa in aliis lingvis vim inferant sensui.

I I I. Cæterum in numero plurali, & cum יהוה Emphatico
 utrumq; Vocabulum h. l. legitur. Neutrum ut puto sine ratione.
 Quamvis enim יהוה illud quandoq; emphasi careat sua, non tamen
 perpetuò. Insignem non raro obtinet. Conf. Deut. III. 25. Ubi
 singula

singula verba ἐμφάσιως ἐντι hocce præfixum tuentur. Ita Es. 7. 14. Sic hic digitis quasi monstrat Moses ad URIM & TUMMIM suo  demonstrativo, quod peculiare quid notent. Quod & ipse Arias annotavit in Aarone suo p. 4. A. d. supra loco. *Cum adjuncta notatione insigni, inquit, videlicet illas illuminationes, & illas perfectiones.* R. Bechai istud adjectum putat, ut secernerentur hæc à cæteris vasis artificium manu confectis: *Hoc testimonium est, ait, non fuisse opus fabri; Sed opus cæli: Et propterea adducunt cum demonstratione, qualis locus est, Gen. III. 24. collocavit הכרוכיב neq; usquam Cherubinorum meminit.* Vid. Citata ista apud CL. Hotting. in Exercit. Anti. Mor. p. 86. 87. Sed de hâc quæstione utrum manu artificis facta fuerint, in cap. II. plura. Deinde in plurali utrumq; ponitur vocabulum. Ubi Cornel. à Lapid. in h. l. p. 548. B. pluralem pro singulari positum putat. *Per Enallagen, inquit, in Ebræo Urim ponitur, numerus pluralis pro singulari ad Auxesin.* Hic notes: Terminationem quidem plurali propriam aliàs pluralem non semper inferre numerum. Habentur apud Ebræos nomina talis terminationis & singularia tamen sunt. Deinde insolens non est in sacris, quod Pluralis legitur pro singulari ad ἐξοχλῶ probandam rei. V. B. Glass. l. 3. tr. 1. c. 24. p. 88. At hic utrumq; locum haud habet Pluralem adhibitum dicimus quod istis nominibus gemmæ pectorali insertæ, quarum plures fuerunt, fuerint indigitatæ. Quâ de opinione in Cap. III. Amefio alia numeri ratio placet, sed ratione eadem caret. V. Eund. p. 81. Ultimo observationem meretur modo solitariè  Urim meminisse sacrum codicem, ut per Synecdochen Tummim comprehendatur: Conf. 1. Sam. XXVIII. 6. Num. XXVII. 21. Modò Coniunctim cum Tummim, ita tamen ut vel Urim præcedat, quemadmodum in nostro loco, vel sequatur, ut Deut. XXXIII. v. 8. V. Ravanell. Bibl. Sacr. p. 875. a. Tantum de Cap. primò.

CAPUT II.

Quæ URIM & TUMMIM efficiens causa. Manu artificis constructa fuerunt. Refutantur, qui à DEO Ea immediatè provenisse, hic contendunt. Materia Urim quæ. Usus & forma

URIM & TUMMIM explicantur. Fuere revelationis genus. Variæ in V. T. Prophetiarum species. Visiones & Somnia, &c. Ratio revelandi divina per URIM & TUMMIM indigitatur.

I. De Anciliis, quorum supra mentio facta est, tradunt Auctores Numam à Musis cognovisse, eam urbem ubi Ancile, cœlitus delapsam, asservaretur, omnium potentissimam futuram. Quò factò cum pestis cessasset, scutum autem ex ejus Imperio artifices effingere certassent, diffidentibus ac desperantibus cæteris, Mamutium Veturium præstantissimum artis ejus opificem, usq; adeo ejus similitudinem effinxisse, struxisseq; omnia similia, ut ne Numa quidem id cognosceret. Non cœlitus delapsam nostrum pectorale est, & URIM atq; TUMMIM. Curavit fieri opera humanâ id DEUS. Hujus igitur operis Bezaleel præstantissimus, & divinâ scientia fabrili instructus Autor haud dubiè est. Huic istam fabricam Emblematum λογίων insculptorum non sine causa & jure vendicamus. Ille enim ipse est, quem ex Mosis testimonio Exod. XXXV. v. 30. DEUS implevit Spiritu DEI & omni doctrina ad excogitandum, & faciendum opus in auro & argento, ære, sculpendisq; lapidibus. Dissentiunt hic, & aliud statuere malunt viri Eruditissimi. Arias Montanus in Aarone suo pag. 4. A. *Hanc rem, inquit, cujuscunq; nature illa fuerit, hominum artificio factam aut comparatam non fuisse; sed divinitus traditam Mosis, vel eo tempore quo lex & Tabula, vel eo quo perfectum opus fuit arbitramur. In omnibus aliis, quæ hætenus commemorata sunt ornamentis & vestibus hoc modo scriptum legimus. Et facies, & facient, & scribebunt. In hujus verò arcane rei commemoratione, & pones: sive, & dabis, &c.* Ita Junius in margin. gloss. h. l. *Certum est, ait, non numerari inter ea, quæ artificibus commissa sunt facienda; sed Mosis soli à Deo data, ut ea sacro pectorali inderet.* Ita de materiâ d. l. judicat Arias, illam URIM & TUMMIM fuisse, quæ Lapidum, in quos Lex DEI à DEO incisa, quæ ignis cœlestis, qui prima Aaronis sacra corripuit, quæ ipsius manna, &c. Sic Amelius in Oratione p. 80. de Urim & Tummim: *Non igitur dicit, fuerunt lapides, quales terra vel mare solet ministrare; sed ultra nature rationem arcano miraculo à divinâ manu producti.* Et pag. 86. ex Aria repetit modo dicta. Pari modo
Pisca.

Piscator in h. l. *Dies ist gewiß! Daß diese Stüek nicht gezeilet werden unter die jenigen/ welche den Künstlern übergeben sind worden zu arbeiten; sondern allein dem Mose/das er sie in oder an das heilige Brustuch legete/ wie Er gethan/ Lev. VIII. v. 8. Istam rem prolixissimè tractat, uberrimèq; demonstrat CL. Hotting. in Exercit. Anti-Mor. pag. 84. seqq. §. LXVI. Sed liceat nobis in præsentì statuere aliud salvâ Virorum Eruditorum autoritate, atq; defendere URIM atq; TUMMIM Bezaleelis opus fuisse. Erant enim illa pretiosissimæ gemmæ de quibus hujus cap. v. 17. seq. agunt. His nomina Israelitarum insculpenda non sine artificio fuerunt. Vid. v. 21. Quod molimen certè DEO tribuendum non est. Imperat hic ut fiat, non ipse præstat. Ergò Bezaleel cui istud imposuerat DEUS officium. Neq; ex voce אֲרִיָא aliquid concludet Arias ad sententiam stabiliendam. Siquidem in præcedentibus etiam de Anulis ponitur eadem vox, nec tamen fuit inde, & illos $\chi\epsilon\iota\rho\sigma\pi\omicron\iota\eta\tau\omicron\nu\ \pi\iota$ non esse. Quod contra textum esset. Conf. v. 23. 26. Per Urim verò & Tummim gemmas illas hîc describi, inferius probabimus. Materiam URIM & TUMMIM, preciosam illam gemmarum fuisse asserimus. Neq; ad miracula ubiq; decurrendum, ubi necessitas nulla id postulat. Quemadmodum materiam auri adhibiti argentiq; miraculosè dininitus datam fuisse credendum non est, ita nec τῶν URIM vel TUMMIM, gemmarum.*

II. Cæterum nec otiosum erat illud insertæ genus. Revelabat quæ latebant Israeliticam gentem. Nempe inter alias varias tamq; multiplices & obvias minus, ut, ex Dn. D. Calovii judicio Syst. Theol. p. 386. difficile sit eas ad certas revocare classes, $\mu\omicron\lambda\upsilon\mu\epsilon\rho\omega\varsigma$ enim $\kappa\alpha\iota$ $\mu\omicron\lambda\upsilon\tau\epsilon\rho\acute{o}\pi\omega\varsigma$ in V. T. Deus se revelavit, & ista Prophetiæ omnium consensu species fuit. Extraordinaria alia erat Dei ad Mosen, in qua $\text{אֲנִי ה' אֱלֹהֶיךָ}$ familiarissime Deus cum Mose verba fecit, modo tali qui Angelis communis est, V. Glass. I. I. tract. 4. Sect. I. c. de Stil. Proph. p. 222. Mose quippe vigilantì nulla debilitatione virium infirmo, sine præviâ dispositione, immediatè à Deo revelationes factæ, & quod singulare ipsi fuit, è propitiatorio. Sed videantur ista pluribus apud Eminentissimum Theologum Dn. D. Calov. in Syst. p. 289. Communiore deinde plurimæ fuerunt, Pertinent huc Visiones, quarum

aliæ externæ, ut rubus ardens: aliæ internæ & intellectuales, cum
 mens ipsa vidit objectum Propheticum cœlesti lumine repræsenta-
 tum. Descriptionem talis suppeditat R. Majemon. in מורה
 נבוכים edit. Buxtorff. part. 2. c. 41. pag. 307. *Visio*, inquit,
 est *Terror panicus*, qui occupat Prophetam inter Vigilandum, sicut ex
 Daniele patet Dan. X. v. 8. In tali negotio sensus omnes à suis functio-
 nibus quiescunt, & venit *Influentia illa super facultatem rationalem*, ac ab
 ista diffunditur in facultatem Imaginatricem, hocq; pacto opus suum per-
 ficit & absolvit. Spectant huc revelationes, recensere ita liceat has
 ex Dn. D. Calovio, quæ per Somnia dabantur, ubi tamen divina
 illa à naturalibus & diabolicis discernenda studiosè sunt. Divi-
 norum alia fuere *Theorematica*, diserte rem proponentia: alia
allegorica, ambagibus implicata, figuratè rem sistentia. Quale
 fuit Ægyptiorum Servorum Gen. 40. & Nebucadnezaris Dan. 11.
 v. 36. Scilicet & Prophetiæ obtigere illis qui extra Ecclesiam vixe-
 runt. Ita Labani Genes. XXXI. 24. Bileamo Num. XXII. 12.
 Pharaoni Genes. XII. revelata quædam fuisse divinitus legimus.
 Contra Episcopium hîc disputarem, si ad nos ista disquisitio, quam
 ille movet pertineret. Videndus iterum est Dn. D. Calovius
 Præceptor noster observandus in Syst. pag. 287. & Isagog. pag. 104.
 Alia revelationis species Rabbini est רוח הקדש, quam à נבואה
 hætenus descriptâ, distingunt. Docent quod נבואה cum
 quadam ἀνοησία Prophetis obtingat, רוח הקדש vero in ho-
 mine deprehendatur nulla infirmitate correpto, qui ubi adfuerit,
 excitare Virum, ut hymnos moduletur & scientias. Inde libros
 Biblicos distingunt in כתובים & dictos esse volunt per Spiri-
 tum S. & non per Prophetiam. Et נביאים qui Prophetarum
 sunt κρυβος dictorum. Sed quid de ista distinctione & harum re-
 velationum generibus censendum sit, persequi nostrum non est.
 Recensere placuit, non per tractare, ne septa nos nostra transi-
 liisse videamur. Quare hîc confer Theologos, præprimis Exc.
 Dn. D. Calov. Syst. Theol. p. 287. Inter istas verò & alias certa
 etiam revelationum species URIM & TUMMIM erat. Colligitur
 illud è collatione locorum Exod. XXVIII. 30. Lev. VIII. v. 8. Num.
 XXVII. v. 21. 1. Sam. XXVIII. 6. Deut. XXXIII. 8. In quibus non
 modo præcipitur ut consulatur DEUS per URIM; sed & illa ipsa
 reve-

revelandi ratio accuratè distinguitur à Sommiis, Visionibus & Prophetiis distinctis manifestationis divinæ generibus.

III. Deniq; de ratione revelandi divina per URIM & TUMMIM operosè quoq; disputandum est. Alii internam fuisse manifestationem, quæ per URIM & TUMMIM obtigit Sacerdoti, putarunt. Ita R. Salomo, Delrio. Serarius, Ribera sentiunt, & asserunt Sacerdoti sacris ornato vestibus postquam ingressus fuerat Sacri Habitaculi Adyta, internâ revelatione obscura clarissimè patefacta fuisse. Quæ assertio etiam CL. Riveto placet. Inde in nostrum locum pag. 1146. Certè, inquit, nihil temere definiendum est, adeo res nobis est incognita. Si quid tamen etiam post alios audeamus proloqui, non absurdum nobis videtur, si dicamus, ex pacto & promissione Institutoris, Deum invocatum à Sacerdote certo ritu gemmas illas gestanter respondisse non articulatâ aliquâ voce, sed per Illuminationem intellectus illius & certam persuasionem, in ditamenti ipsius de veritate responsi. Nec displicet id Amesio d.l. Quò verò pacto, inquit, aut quâ ratione hoc fieri consueverit, tacet Scriptura, dissentiunt Scriptores. Si tamen ullus sit conjectura locus, per Spiritus revelationem, non per lapideum splendorem Deum crederem respondisse. Christoph. à Castro l. 3. de futur. verâ cognitione c. 3. aliam & planè improbabilem subjicit. Scilicet URIM & TUMMIM Teraphim sive Imagunculas & Idola fuisse autumat. Substituisse, ait Deum pro Imaginibus, quibus ope Dæmonum Gentiles futura prædicebant, apud Judæos URIM atq; TUMMIM & per illa Idolula respondisse vel Deum vel Angelum quid agendum, vel fugiendum. Refutat & explodit pluribus hanc sententiam Rivet. p. 1145. Dn. D. Calov. in Syst. p. 290. Hæc opinio, ait, uti nova est, ita nulla gaudet verisimilitudine, Deum instituisse Idolula, quæ loquerentur. Et potissimum observanda sunt, quæ Cornel. à Lapid. pag. 559. subnectit: Quis credat Deum hostem Idolorum, Idola inseruisse Rationali apud populum tum in Idola maximè proclivem? Alii per extraordinariam gemmarum coruscationem Deum responsa dedisse asserunt. Sententia ista Josephi est l. 3. A. J. c. 9. p. m. 58. Mirabilis est, inquit, quod dicturus sum: per duodecim gemmas, quas in pectore pontifex insutas Esseni gestabat in bello victoriam prænunciare Deus solebat. Nam priusquam se exercitus moveret, tantus fulgor ex iis emicabat,

ut

ut toti populo facile innotesceret adesse Deum. Rambam tom. 3. Cod. de var. Sarat. c. X. ita eam rationem explicat: Sacerdos, inquit, consistit facie sua ad arcam conversâ: Consilium verò expetens ipsi stat à tergo, facie suâ tergum Sacerdotis spectante. Interrogat Sacerdos: adscendam in prælium? aut non? tum è vestigio Spiritus S. adflat Sacerdotem, qui oculis in pectorale coniectis ibi visione Prophetica videt: adscende: aut, non adscende: idq; in conspectu suo literis è pectorali prominentibus. Quia vero elucentes literæ variè conjungi poterant, adeoq; diversa hinc consurgere vocabula, addit Abrabaniel: literas ex Patriarcharum nominibus eâ serie, quâ conjungenda erant prominuisse. Vide citantem ista ex Const. L. Empereur CL. Dilh. in Elect. l. i. c. V. pag. 37. 38. Objiciunt configurationem gemmarum probabilem haud esse. Neq; enim omnes literas Patriarcharum nominibus insertas esse & proinde voces, iisdem literis constantes per talem literarum coruscationem exprimi non potuisse. Cui R. D. Kimchi respondet: Hic mos, inquit, in c. 20. Jud. v. 27. erat interrogandi Deum. Qui volebat de publico vel alioqui de gravi negotio percontari, veniebat ad Sacerdotem, is indutus Ephod stabat coram Deo. In Pectorali erant inclusi XII. lapides, in quibus nomina XII. tribuum erant inscripta, addebanturq; nomina Abrahami, Isaaci, Jacobi, atq; ita in illis lapidibus erant omnia Elementa Alphabeti. Et hæc ipsa postrema nobis probabilissima ex tribus istis recensitis videtur sententia atq; acceptanda.

CAPUT III.

URIM & TUMMIM fuere ipsæ gemmæ Pectorali inferendæ. Non ipsum pectorale. Nec Nomen DEI tetragrammaton: Neq; ipsa nomina URIM & TUMMIM: Nec duo lapides peculiare vel Adamas. Subiectum cui imposta hæc vestis cum Insigni, quale fuit. Objicitur locus 1. Sam. XXX. v. 8. Quamdiu hoc genus revelationis duravit tandem dicitur.

I. Quid hisce denotetur tandem, mirum quantum in varias sententias est discessum. Sunt qui cum Rationali idem esse dicunt, sunt qui diversum quid fuisse ab illo arbitrantur. Illis, quibus

URIM

URIM & TUMMIM ipsū *אֲרִימִים וְטֻמִּיִּם* fuisse asserere placuit, ipsa contradicit apud Mosen collocatio atq; positio. Notanter DEUS: Et pones in pectorali URIM & TUMMIM. Aliud igitur disponendum fuit, & aliud ipsum *λογείον*, in quò res istæ ordine suo divinitus factò deinde collocabantur. Cæteri, qui Pectoralis Insigne fuisse URIM atq; TUMMIM judicant, in varias iterum partes dispescuntur. Modò hue, modò illuc opinio Autores rapit, & trahit in partes varias. Alii enim iterum URIM & TUMMIM Sanctissimum DEI nomen, *שְׁמֵהּ הַמְּבֹרָךְ* & *πρεσβυτεραῖον καὶ ἐξοχλῶν*, cum & alia DEI nomina quatuor constant literis, dictum, Pectorali Mosaico inclusum vel digito divino insculptum fuisse indicant. Pagius nomen DEI URIM & TUMMIM nuncupari credit, quod mentem nostram Deus illuminet & perficiat. Sed præterquam quod Cabbalisticum quid ista interpretatio notet, & eandem incudem oleat cum *שְׁמֵהּ הַמְּבֹרָךְ*, cui Christi miracula tribuerunt olim insulsi Judæi, inane istud & prorsus supervacaneum fuisset insigne pectoralis, cum Jehovah nomen aurea insculptum laminæ in fronte gestabat Sacerdos. Augustinus verò Tom. 4. l. 2. qq. in V. T. quæst. 117. sup. Exod. col. 162. hæc ipsa nomina URIM & TUMMIM aureis Ebraicisq; characteribus Pectorali inscripta fuisse sentit. Subscribit Cornel. à Lapid. Comm. in h. l. pag 549. A. *Mihi verisimilius*, inquit, *videtur, hæc duo nomina Urim & Tummim inscripta fuisse rationali, ita ut cum dicit Scriptura sacra: Pones in rationali Doctrinam & veritatem, sensus sit: Inscribes in rationale hæc duo Nomina, sicut Tiara Pontificis inscripta fuerunt duo verba, SANCTITAS Jehovah, v. 36. Et hanc sententiam planum & simplicissimum verborum Mosaicorum sensum facere ibidem asserit.* Sed est ut observes contra Cornelium, non dici: Scribes URIM & TUMMIM; Sed pones. Ex quo suâ spontè fluit non nudam scripturam; Sed potius corpora subsistentia per URIM & TUMMIM significari. In conveniens igitur & minus probabilis est ista Cornelii quam cum Bellarmino & Augustino sovet expositio. Quare, neq; immerito eam Pererius & Martinus Deltio rejicere non veriti sunt. Rivetus in h. l. de Cornelii opinione istam fert sententiam: *Meo judicio parum firmis nititur rationibus. Una enim est, quæ apud me semper est prevalitura, quod ubi agitur de nominibus in ornamentis*

C

Ponti-

Pontificalibus, Spiritus Sanctus semper jubet ut in sculpantur. Sic ubi de 12. lapidibus superhumeralis, de 12. pectoralis, in quibus insculptæ fuerunt Israëlitarum nomina. Item ubi de Tiara Pontificis l. d. At hic nulla mentio sculpturæ nec lapidum in quibus verba illa sculpta fuerunt, quod à Mose omissum fuisse mirum esset, in tantâ & tali ἀπεβεία. Nec est ut objiciat Cornel. p. 550. Hic exprimere tantum Deum quæ ad Ingenium artificis Bezaleel spectabant, non scripturam vel texturam nominum, quæ à Phrygione non Bezaleele adornabatur. Namq; & supra quæ à Phrygionibus contextenda erant, Mose præscripta fuerunt. Cur igitur & hoc loco idem non factum? Alii URIM & TUMMIM splendidissimos duos lapides, alii Adamantem fuisse perhibent. Sed iterum sine fundamento. Si enim novi lapides hisce verbis significarentur, dubio procul & eorum fabricam, ut in præcedentibus fecit, Deus præscripsisset & præcepisset. Ita dissentiunt hanc circa rem explicandam Eruditi. Nobis probabilis quam maximè illa Lutheri videtur opinio, qui ipsas XII. gemmas in Pectorali collocatas URIM & TUMMIM nuncupatas esse, quod non modò insoliti splendoris fulgorem disperferint; sed & perfectionem plane singularem & intemeratam habuerint atq; talem, ut Sacerdotes in rebus ancipitibus Jehovæ mentem ex istis perspicere haud obscure potuerint, judicavit. Dicuntur Gemmæ illæ pectoralis, Urim propter splendorem, & Tummim propter perfectionem. Confirmat idem Fagius in h. l. ex quodam sui temporis scriptore non malo, ut loquitur. Urim & Tummim, ait, sunt ipsæ XII. Gemmæ quæ commemoratae sunt, & appellantur lapides plenitudinum, quod ipsis impleatur Pectorale. Vocantur autem Urim, propterea quod velut Ignis in pectore summi Sacerdotis, ut est natura tot simul conjunctarum gemmarum, splenduerint, ac perspicuam de se lucem projecerint. Et Tummim quod fuerint perfecti & integri, nec ullo vitio notati. Accedit sententiæ nostræ robur ex Cap. XXXIX. v. 8. Quo in loco cum enarrasset scriptura, Mosen explese vices suas & 12. illas gemmas τῶ λογεῖω inseruisse, ne gry quidem de URIM & TUMMIM additur. Quod certe non omissum fuisset, si URIM & TUMMIM diversum quid ab illis gemmis fuissent. Præsertim cum alia minora & abjectiora hic repetantur. Ita contra Levit. VIII. v. 8. Hæc
raptum

tantum leguntur: Apposuit ei pectorale sacrum, indiditq; URIM & TUMMIM. In quo loco lapidum nulla fit mentio, quia sub illis nominibus usum illorum describentibus, continentur. Immo extra controversiam magis sollicitus fuisset Moses in uberius declarandis πῖς URIM & TUMMIM, cum cæteras vestes exactissimè describeret, si aliud quàm gemmas illas, intellexisset ipse. Sensus igitur verborum nostrorum iste optimus erit: Pones in rationali URIM & TUMMIM i.e. ut sint illuminationes & consummationes isti lapides hoc ordine dispositi ex instituto divino. Excipit Cornelius ita τὰυτολογία turpem in sacris occurrere literis. Nam cum fuse descripsisset, inquit, Moses XII. gemmas, & immediatè ante hoc præceptum de ponendo Urim & Tummim in rationali rursus XII. gemmarum clare meminisset; quorsum quæso paulo post, easdem, tam obscure nominibus Urim & Tummim inculcaret? Respondent hîc inculcari ista repetitione quod quàm maximè erat observandum. Deinde monent hîc usum Gemmarum illarum indicari, quod futuræ sint & URIM & TUMMIM. Dum enim hætenus materiam & formam & numerum & sculpturam describeret Deus, nunc usum & officium illarum duabus hisce vocibus ostendit. Instat porrò: *Mosis non erat ponere oraculum in hisce lapidibus; Sed DEI, Ergò non benè dicitur: Pones oraculum; Sed dicendum erat: Ego ponam. Ego dabo per lapides oraculum.* At id omne Moses ex DEI imperio molitus, non suo est. Quare hæc pugnantia non sunt. Neq; asserimus ipsum Mosen oraculum in gemmis collocasse; sed hoc dicimus, Eundem lapides illos, futuros ex DEI ordinatione URIM & TUMMIM, in ipso Rationali collocasse. Quæ cætera Cornelii d.l. & Hottingeri in Exerc. Anti-Morin. pag. 88. Amesii in Orat. de URIM TUMMIM, pag. m. 80. argumenta contra nos sunt, ad conflictum publicum reservamus.

II. Proprium verò id vestimenti genus sacerdotibus erat, neq; cæteris hominibus competebat. Aliud quidem Cuius placet, qui l. i. cap. 14. de Rep. Ebr. *Ex quo fit, inquit, ut Reges eorum non modò Civica domi militieq; moderati sint; sed religionibus etiam, Sacrisq; & ceremoniis præfuerint. Erant enim personæ ἱερωποῦσαι.*

Et paulo post: *Quid quod ipse David, quem pridem antea vates regem fecerat, adeò veritus non est summi Pontificis decus usurpare, uti sacrum ejus amiculum, quod Ephod appellant induerit.* Locus illustris extat. 1. Sam. XXX. v. 8. V. plur. p. 88. d. 1. Sed respondent illi Dn. D. Calovius in System. Theol. pag. 291. Dn. D. Walth. in Harm. ad Num. cap. XXVII. v. 21. p. m. 265. Qui videantur. Tractate ista in præsentem non licet. Ex quo ipso observato facile refellere poteris Molinæi errorem, qui illam per URIM & TUMMIM factam revelationem cum istâ quæ ex propitiatorio proficiscebatur confundit. Quæ tamen omninò distinctissimæ sunt: Illa quæ ex propitiatorio dabatur, soli Mosi vi promissionis Exod. XXV. 21. Num. VII. v. 89. Hæc soli summo sacerdoti dabatur. Illud responsum coram arca reddebatur: At hoc in castris etiam. Conf. 1. Sam. XXX. v. 7. V. plur. apud. Ampliss. Dn. D. Calov. System. Theol. pag. 291. 292.

III. Tandem quando desierit ista revelandi ratio nec adeò certum est. Rabbinum cum templo secundo defecisse illam ex Hagg. I. v. 8. *הכנה* probant. Hic enim defectum *הכנה* quinque rerum absentiam in templo secundo arguere inferre autumant. Inde Talmudistæ in Joma. cap. I. Quid docet *הכנה* deficiens? Quinque res fuerunt in Sanctuario primo & defecerunt in Secundo. Nempè Arca cum Propitiatorio & Cherubim, Ignis, Præsentia Majestatis divinæ, Spiritus Sanctus, URIM & TUMMIM. Plura Rabbinorum ad hanc rem confirmandam testimonia collegit Galat. I. IV. de Arcan. Cath. verit. cap. IX. pag. 213. 214. Quò ipso quidem defectum illarum rerum non probatum eunt, sed rei notissimæ, & alibi more suo probatæ *הכנה* & Symbolum in facilius recordationis subsidium parant & extruunt. Ita Schick. docet in Mischpath Hammel. th. 2. Idem etiam sentit Arias Montan. in Aaron. d. loco: *Jam verò, ait, si ultra inquiratur, ubinam, quando & quomodo illa Urim & Tummim perierint, & an sublata fuerint divinitus hominumque usibus negata, id de hæc re nos referemus, quod de illis aliis tribus generibus legimus, quæ in primi templi excidio à Jeremiâ recondita sunt, nec ulterius reperta, Præter Ignem Sanctum,*
de

de quo nonnulli affirmant: id agente Deo, ut hominum genus sanctiorum
etiam rerum, quæ Novi Testamenti tempore oblata sunt, desiderio &
expectatione afficerentur. Nec Amesius relictatur: Fuerunt, inquit,
quinq; arcana maxime adoranda, quæ in templo secundo nusquam exti-
terunt. Arca, Cherub, Ignis, divinus, (nam fabulam Apocrypham de
ejus absconsione 2. Macc. 1. nihil moror) Spiritus Prophetia, & Urim
atq; Tummim. Interim & hîc observandum non statim in templo
secundo ista omnia defuisse. De Igne non est ut multa loquar,
dum apud eruditos in confesso sit illum in templo secundo præ-
sentem fuisse, instructos ex variis S. Scripturæ locis & Maccabæo-
rum libris, fabulam recensere illos in præsentem negantes. De
arcâ fœderis certum est, ut alii perhibent, illam restitutam à Cy-
ro Judæis fuisse. Pertinebat enim ad vasa templi, quæ omnia red-
dita illis Esdr. I. v. 7. seqq; docetur. Conf. 1. Mac. I. v. 23. Et
Titum Imperatorem in Triumpho arcam ostendisse ex Josepho
probant alii. Porro neq; Spiritus Prophetia in templo defecit
secundo. Aderant Haggæus, Zacharias, Malachias, & ipse Cai-
phas, inscius quamvis, Prophetiam dixit. Ita, quod URIM &
TUMMIM spectat illud in templo secundo viguisse ex Esdr. II. v. 62. 63.
& Nehem. VII. 65. colligi facile potest. Quod idem quoq; Jo-
sephus testatur l. III. Orig. Jud. c. IX. Defuit autem, inquit, tam-
essen quam Sardonyx fulgorem emittere annis ducentis antequam hæc
commentaremur irato Deo propter Legum suarum violationem. Sed &
hîc tandem non omittendum quod Cunnus habet de R. J. l. 2. c. 2.
p. 131. Lapidem, inquit, Urim & Tummim, qui vestimento Pontificis
indebantur, absconditos à Josia in Templo priore fuisse, nec postea re-
pertos in templo secundo, dictum à nobis supra est, l. 1. c. 14. Facti tamen
alii lapides, & inditi in amiculum Choschen sunt, non quod jam ope eo-
rum amplius oracula Pontifex ederet; sed ut consummatus earum rerum
numerus esset, quas Moses ad Pontificem ornandum præscripserat. Plura
& tempus & chartæ angustia fari prohibet. Quæ itaq; in hæc
materia desiderantur pertractanda, suo tem-
pore perficiemus.

DEO GRATIAS!

C 3

Ad

Ad
Eximium atq; Præstantissimum
DN. RESPONDENTEM,
Artium Lingvarumq; Cultorem
diligentissimum.

Q*ua sanctiorum dignitas Sacerdotum,*
In gente Numini sacratâ Apellarum,
Quod Vestis aureum nitens, & Emblema
Bezaleelis artibus laboratum,
Cordi repõstum arcana sciscitaturi
In non patente singulis Penitrati:

Quiq; emicans Ignis facesq; gemmarum
Queis cultus Aronis sacer coruscabat,
Facundus exhibes thesi, LIBENTANZI,
Apollinis Flos, gnave alumne Musarum
Nunc perge Diligentia catenatâ
Fovere Musas, Fama Sympalestritis
Præcepta conferetur ampla solerti.
Insigne, turba proprium Magistrorum
Mystisq; sacrum, Nisus iste de INSIGNI
Aaronis, & Vigil Labor TIBI spondet.

L. M. Q. scrib.

PRÆSES.

ΔΕΚΑΣΤΙΧΟΝ

Doctissimo Domino Respondenti.

N*on hæc vulgaris video conamina mentis,*
De Tummim atque Urim doctas dum conferis artes,
Docte LIBENTANZI. Nec quivis pectora sacra
Sensit Aaronis, mysteria quæque tabella

Bis

Bis senis distincta tulit numeris, benè solvet.
Tu, quem cœpisti, *praclaro Praeside*, nisum
Sustineas, *IGNIS* tenebras docto igne repellas
Ingenii, potiora docens de Codice Sacro.
Crede, tuis meritis mox Leucoris Alma Coronam
Conferet, optatam messem dabit atque *BUDORGIS*.

Ex tempore f.

M. Johann, Herbinus, Scholæ
Bicinensis vocatus Rector.

Elegie oder Wechsel Reime

An den Herrn Respondenten,
seinen hoch geehrten Herrn und
werthen Gönner.

Weißt man doch daran zu schärffen seine Sinnen
Auff das was Ansehn macht? es muß geklügelt seyn:
Da sieht man grosse Ströhm' und ganze Seen rinnen
aus unsrem Menschgehirn' inn rechter Sinnenpein/
von dem was kan geschehn/ von vielen Sinnbegriffen/
wie viel das nichts sey? Das andre schweig' ich hier
was nichtiger als nichts. Wir bleiben unbeschiffen
inn dem wir gahr zu hoch erheben unsre Zier
so Gott uns eingepregt. Die Weißheit wird gehasset
so wahre Weißheit ist/ und in der Demuht bliht.
Man eilt dem Schatten nach. So wird die Zeit verprasset
dieweil man sich um das/ so wenig üht/ bemüht.
Du bist nicht so gesinnt/ Du Sohn der Castalinnen/
Du suchst die Weißheit zwahr/ doch auch nicht ohne Licht/
daß manche Sprachen Dir zu wege schaffen können.
Das ist der beste Grund. Wem solcher vor gebracht

der

Der wird (mir zweifelt nicht) im dürrem Sande bauen!
und wenn ein Zweifelwind ihm um den Stiebel streicht/
so muß sein Sinnenhaus den eignen Fall beschauen:
Wer ist so grob behirnt der dieses nicht erreicht?
Und wol ihm wenn ers thut! die Sprachen sind die Scheiden
in dehnen eingehüllt das Schwert des Geistes steckt:
sie können unser Herz mit ihrer Macht zerschneiden
so bald es fleischern wird / und siehet sich besleckt.
Wir gehn durch diese Thür und sehen Gottes Willen
wir schauen seinen Preiß / und wie Er wird verehrt?
nur dieses kan allein der Seelen Sehnen stillen/
Diß machet unsren Geist zum Himmel recht gelehrt/
Daher er kommen ist / dahinn er auch nur ziehlet.
Was Aristotel hat und andre so ihm gleich
wird jezund unter uns mit Fleiße nach gespielt/
Vielmehr besinnt man das / so geht auff Gottes Reich/
und inn des Höchsten Schrift uns völlig vorgeschrieben!
hie ist nur lauter Geist: Hie ist kein müßigs Wort:
Hie findet man gnug den muntren Geist zu üben/
Wie / Wehrter / du hier thust. Mein / Fahr nur weiter fort/
Ich sehe schon den Lohn / den Dir der Fleiß gebieret.
Dich schmücket Arons Schmuck. Man wird in kurzem sehn
wie dich der Weisen Zunft zur höchsten Staffel führet.
Ich bin zwar kein Prophet: Doch solt es nicht geschehn?

In Eile zugesungen von

Frank- Joachim Burmeister/
von Lüneburg / Kaysersl. ge-
kröhten Poeten.



153 044

ULB Halle 3
003 484 998




5b

AB 153044

VD 17







B.I.G.

Farbkarte #13

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

12.
 DE
 PECTORALIS
 IGNI
 Cummim,
 Ad
 III. COM. 30.
 PHILOLOGICA,
 quam
 DISSE
 NICO VICCIO,
 . Philos. Adj.
 discussioni sistit
 Liebentanz/
 viensis,
 vi A. D. II. Aprilis,
 ni MDC LVII.
 TERTIA.

 BERGÆ,
 CHAEL Wendt/
 MDC LXI.

